Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Todtmooser Bruderschaftsbuch - Cod. U. H. 3

[Todtmoos?], [1471]

urn:nbn:de:bsz:31-231582

Visual Library

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
gefördert
durch
Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

Unbestimmte Herkunft 3

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

Introitus pro defunctis.



Graduale

Requiem eter nam do na eis
do mine et lux perpe
tu a lu ceat e is. vers.
In memoria e ter
na e runt
iust i ab auditione ma
la non

time bunt . v. Conuer tere anima mea
in re quiem tuam quia dominus bene
fe cit ti bi. . Offertoriu̅.
Domine ihesu xpriste rex glo ri e
libera animas omniu̅ fide li um de functorum
de penis infer ni et deprofundo lacu libera eas
de ore leo nis ne absorbeat eas tarta rus ne

cadant in obſcu ra ſed ſignifer Sctus Michael repre
ſentet e as in lucem ſanctam . Quã olim
abrahe promiſiſti et ſemi
ni eius . Hoſtias et preces qs tibi dñe offe
rimus tu pie ſuſcipe pro aĩabus illis quarum
hodie memoriam agimus fac eas domĩe de morte
tranſire ad vitam eternam . Quã

Sanctus. Sanctus. ſanctus dominus deus

ſabaoth. Pleni ſunt celi et terra gloria tua O

ſanna in excelſis. Benedictus qui venit in no

mine domini O ſanna in excel ſis.

Agnus dei qui tollis peccata mundi dona eis

requiem. ſempiternam. Communio.

Pro quorum memoria corpus christi ſumitur dona

eis domine requiem ſempiternam. Et lux perpetua lu

ceat eis. Pro quoꝝ memoria ſanguis xpriſti ſumitur

dona eis domine requiem ſempiternam.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

De beata virgine

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

Dies i re dies illa ſoluet ſeclum in
fauilla teſte dauid cum ſibylla.
Quantus tre mor eſt futurus q̄n̄do
iudex ē uenturus cuncta ſtricte diſcuſ
ſurus Tu ba mirum ſpargens ſo
num ꝑ ſepulchra regionum coget o
mnes ante thronum. Mors ſtupe


bit et natura cum reſurget creatura iudi-
canti reſponſura Liber ſcriptꝰ ꝓferetꝛ
in quo totū continetꝛ unde mundus iudi-
cetꝛ Iudex ergo cum ſedebit quidqd
latet apparebit nil inultum remanebit
Quid ſum miſer tunc dicturus quem
patronum rogaturus dum uix iuſtus

cremer igne Inter oues locum
p̄sta et ab hædis me ſeqſtra ſtatues
in p̄te dextra Confutatis male
dictis flam̄is acrib9 addictis uoca
me cum bn̄dictis Oro ſupplex
et acclinis cor contritum q̄ſi cinis
g'ere curam mei finis. Lachrimoſa
dies illa qua reſurget ex fauilla


iudicandus homo reus Huic
ergo parce deus pie Jesu dn̄e
dona eis reqem A men.

Anno domini Milleſimo Quadringenteſimo Septuageſimo
p̄mo. viceſima die menſis Auguſti. Infraſcripti venerabiles ac in xp̄o
deuoti doctores, magiſtri, et dn̄i, In Eccleſia glorioſiſſime virginis
marie, genitricis dei et dn̄i nr̄i iheſu xp̄i In Totmos. Conſtan
dyoceſ. Inſimul congregati pro laude et honore eiuſdem matris et
eius filij. Necnon et ob ſalutem aīaꝝ om̄ parentū fratrū Sororū
et anteceſſorū benefactorū. Et om̄ eis commiſſorū viuoꝝ et defunctoꝝ Infra=
ſcriptam ſtatuerūt inter ſe. Et ſucceſſorū eoꝝ, fideliori modo et forma quo pote=
runt ſeruare fraternitatis ordinacionem.

Prima Enim ſtatuerūt, Qd omni anno ipſi confres ac poſteri eoꝝ die
ſtatuenda ab eis infra octauas Aſſumpcionis dicte matr̄s nr̄e Marie Ibidem co=
ueniant debita et bona hora, ad cantandū p̄mas veſpas eiuſdem diei Cum
veſpis mortuorū. Ac deinde procedant ad cenam recipiendam. Poſt quā
cenam, iterū ad eandem Ecc̄liam conueniant ad decantandam deuotiſſimam
Antyphonam, Salue regina. Cum verſicl̄o et Collecta conſuetis eiuſdem
bt̄e et glorioſe virginis. Et deinde fratres p̄ſentes cū diſcrecione vadant ad
requiem.

Secunda ſtatuerunt, vt ſinguli fratres ibidem quieſcen̄ de mane bona hora
ſurgant, et ſe ad diuina celebranda meliori modo quo poterūt deuote diſponāt.
et in Ecc̄lia om̄es compareant, tempe vigiliaꝝ et miſſaꝝ ibidem decantandaꝝ.
Et p̄mo cantent vigilie mortuoꝝ. deinde miſſa pro defunctis. ac deinū ſolemp=
ne officiū de Aſſumpcione dicte matris nr̄e marie. Et ad hec duo officia quilib;
confratrū more ſolito ſuū p̄ſentet offertoriū, per ſe, vel aliū. Completis
itaqꝫ officijs. Iterū pro defunctis veſpe mortuoꝝ cantent, vel legantur quas
concludere habet Summiſſandus, vel alius pro eo ad hoc ordinatus. cū Collectis
conſuetis, et aſpſione aque bndicte. Deinde ſi fr̄es aliq̄ neceſſe habeant tracta=
re, breuiori modo quo poterit omnibus p̄ntibus fiat. Et ſpecietenus dies an=
uerſarij ſequentis anni celebrand̄ ſtatuet, et intimetur. Et tunc fr̄es cū diſcre=
cione ad Refectione vadant. Et poſt refectione cunctis expeditis cū licen=
cia quilibet ad p̄pria meare valeat.

Tercio Statuerunt | vt nullus Confratrum abſque Rationabili cauſa ſe a
dictis abſentare preſumat | die qua ſupra. ſed fideliter pareat. aut ſe cauſam
rationabilem ut ſibi videatur habeat quapropter parere non valeat | per ſe vel
alium confratres de hoc informet. et tres ſolidos de moneta Baſilienſis ad
eundem locum pro tunc mittat. Et in loco ſuo debitum ſuum celebrando ſi
valeat | aut audiendo miſſas cum orationibus conſuetis et ſibi poſſibilibus
faciat | die eadem pro omnibus fratribus et ſibi commiſſis.

Quarto Statuerunt. Quod quilibet Confrater Sacerdos in ſuis
miſſis vtilibus celebrandis memoriter habeat viuos omnes confratres in
genere In loco Canonis memorie viuorum. Et omnes defunctos in loco me-
morie mortuorum ſine dolo et fraude. Item et fratres layci Similem me-
moriam viuorum et defunctorum habeant | in quibuſlibet miſſis ab eis audien-
dis.

Quinto Statuerunt. vt cum aliquis Confratrum et Sororum
ſiue Sacerdos | ſiue laycus debitum carnis perſoluerit | Quod extunc quilibet
adhuc viuens | poſtquam certe hoc perceperit | Citius quo poſſit tres Sacerdos
celebret miſſas pro anima huius defuncti. aut per alium ſi ipſe comode non
valeat | fieri diſponat. Similiter Confrater ſiue Soror | Laycus ſiue layca
per Sacerdotem hec fieri diſponat | abſque dolo et fraude.

Sexto Statuerunt. Quod nullus recipiatur in Confratrem ſiue So-
rorem huius Fraternitatis niſi in tempore die et loco quibus ſupra
a fratribus omnibus ibi congregatis. ad quem et quos idem recipiendus ſe
preſentare tenetur per ſe vel procuratorem ſuum ad hoc conſtitutum.

Item Statuerunt. Quod nullus Confratru aſtringat ad ſupradicta
ſtatuta et ſingula alia ſtatuta hui9 fraternitatis ſub pcto mortali ſi que
non compleat nec cogere volum9 quemq̄ ad hoc. ſed cōmonere per dilec-
cionem qua diligat gloſam vginem mariam cum filio eius hui9 frnitatis
noſtre matrem electam, ac ſub dilectione Confratru om̄ et Sororum,
quos ex pcepto dei ſemp et nūc ex vinculo frnitatis hui9, tamq̄ ſeipm
tenetur diligere. Faciat in hys quilibet ſcd̄m dictamen ſue conſciencie, et
ſcd̄m qd̄ velit particeps fieri om̄ bonoꝝ frm noſtroꝝ.

Ecce tu pulcra es amica mea ecce tu pulcra
oculi tui columbarum. Euouae. Ant. Sicut lyli um
in ter spinas sic amica mea in ter filias. Euouae.
Rz. Dia laud.

Fauus distillans labia tua sponsa et o dor uestime-
to rum tuorum sicut odor thuris. Euouae. Ant.

Emissiones tue para dysus malorum punicorum cum
pomorum fructibus. Euouae. Fons or torum pute-
us aquarum uiuencium que fluunt impetu de lybano. Euo.

Dominus possedit me initio viaꝝ suaꝝ antequā
quicquā facet a pncipio. ab etno ordinata sum et ex antiqs.
antequam terra fieret. Deo gr.

Sal ue nobilis uirga yes se salue flos campi
maria. Unde ortum est lylium
conualli um. V. Odor tuus super cuncta
preciosa ungenta fauus distillans labia tua mel
et lac sub lingua tua. Unde or. V. Gloria patri
genitoq3 proli et tibi compar utriusq3 spiritus al
me. Unde or. Sup Magt Ant. Virgo prudentissima quo pro=

grede ris quasi auro ra ualde rutilans filia syon
tota formosa et suauis es pulchra ut luna e
lecta ut sol. Euouae.

Gaudeamus omnes in do mi no diem
festum cele brantes in hono re Marie uirginis.
de cuius assumptio ne gaudent an ge li et
collau dant fi lium de i. V. Eructauit
cor meum uerbum bonum dico ego opera mea regi.

Kyr rie ley son. Kyrie ley
son. Kyriste ley son. Kyri ste
ley son. Kyrie ley son. Ky
ri e ley son. Kyrie
ley son. Et in terra pax
hominibus. bone voluntatis. Lauda mus te.
Bene dicimus te. Ado ra mus te. Glorifi
ca mus te. Gratias agimus tibi propter magnam

tuam. Domine deus rex ce le stis deus pater
omni potens. Domine fili unige nite ihesu
cri ste. Spiritus et alme orphanorum para
clyte. Domine de us ag nus dei filius patris.
Primoge nitus Marie virginis matris. Qui
tol lis peccata mun di miserere nobis. Qui tol
lis peccata mundi su scipe deprecacio nem nostram.
Ad marie gloriam. Qui sedes ad dexteram patris

misere re nobis. Quoniam tu solus sanct us.

Mariam Sanctificans. Tu solus dominus. Mariam

Gubernans. Tu solus altissi mus. Mariam co

ronans Jhesu cri ste. Cum sancto spiritu in glo

ria dei pa tris. Amen.

Propter verita tem et mansuetudinem et iusti

ci am et deducet te mirabi

li ter dex tera tua. Audi

12

fi li a.

et uide et inclina au rem

tuam quia concupiuit rex

spe ciem tuam.

Alle lu ia.

Assumpta est maria

in ce lum gau det exer ci

tus an ge lo rum.

Gaudent angelorum chori gloriose uirgini Que
sine uirili commixtione genuit Filium qui suo mundum
cruore medicauit. Nam ipsa letatur quod celi iam conspi-
catur principem. In terris cui quondam sugendas uirgo
mamillas prebuit. Quam celebris angelis maria ihesu
mater creditur. Qui filij illius debitos se cognoscunt
famulos. Qua gloria in celis ista uirgo colitur.
Que domino celi prebuit hospicium sui sanctissimi cor-

pris Quam splendida polo stella maris rutilat. Que
omnium lumen astrorum et hominū atq̧ spirituum
genuit. Te celi regina hec plebecula piis concelebrat
mentibus. Te cantu melodo super ethera vna cum an-
gelus eleuat. Te libri virgo concinunt prophetarū cho-
rus iubilat sacerdotum apostoli xpristiq̧ martyres pre-
dicant. Te plebis sexus sequitur vtriusq̧ vitam deli-
gens virginalem celicolas in castimonia emulans.

Ecclesia ergo cuncta te cordibus teqz carminibus ve-

nerans. Tibi suam manifestat devocionem precatu te

supplici implorans maria, Ut sibi auxilio circa xpm

dominum esse digneris per evum. Off. Offeren

tur regi uir gi nes post eam pro

xime e ius offeren tur

tibi. Com. Dilexi sti iusti

ci am et odi sti ini quita

tem prop terea unxit te de us de-

us tu us.

In festo assumpcionis bte marie uirginis ad mat. Inuitat.

Virgo de i genitrix que in ce lis letaris cum ange lis. Uidens faciem saluato ris intercede pro nobis.

Uenite exultemus domino iubilemus deo salutari ps. nostro preoccupemus faciem eius in confessione et in psalmis iubilemus e i. Uidens Quoniam deus magnus dominus et rex magnus super omnes deos

quoniam non repellit dominus plebem ſuam quia
in manu eius ſunt omnes fines terre et altitudines
montium ipſe conſpicit. Virgo. Quoniam ipſius
eſt mare et ipſe fecit illud et aridam fundauerunt
manus eius uenite adoremus et procidamus ante
deum ploremus coram domino qui fecit nos quia
ipſe eſt dominus deus noſter nos autem populus et
et oues paſcue eius. Videns. Hodie ſi uocem eius
audieritis nolite obdurare corda ueſtra ſicut in exa

terbacione secundum diem temptacionis in deserto
ubi temptauerunt me patres uestri probauerunt et
uiderunt opera mea. Virgo. Quadraginta annis
proximus fui generacioni huic et dixi semper hij er
rant corde ipsi uero non cognouerunt uias meas
quibus iuraui in ira mea si introibunt in requiem
meam. Videns. Gloria patri et filio et spiritui scō
Sicut erat in principio et nunc et semper et in secu
la seculorum amen. Virgo. In ii An Exaltata es. Euouae. Ps

Domine dñs nr̃: qm̃ admirabile eſt nomen tuũ in
vniuerſa tra Qm̃ eleuata eſt magnificencia tua:
ſup celos Ex ore infanciũ ⁊ lactenciũ pfeciſti laudem
propt inimicos tuos: ut deſtruas inimicũ et ultorem
Quoniã uidebo celos tuos opa digitor tuor: lunã ⁊
ſtellas que tu fundaſti Quid eſt homo qd memor es
eius: aut filius hois qm̃ uiſitas eũ Minuiſti eum pau
lominus ab angelis gl'a ⁊ honore coronaſti eũ: et
conſtituiſti eũ ſup opa manuũ tuar Omnia ſubie
ciſti ſub pedib; eius: oues ⁊ boues uniũſas inſup et
pecora campi Volucres celi: ⁊ piſces maris qui pam
bulant ſemitas maris Dñe dñs nr̃: qm̃ admirabi
le eſt nomen tuũ in uniũ ſa tra Gl'a. ã Exaltata es ſancta dei genitrix ſup
choros angelor ad celeſtia regna. ã Paradiſi ianue.
Celi enarrant gloriam dei: et opa manuũ
eius annũciat firmamentũ Dies diei
eructat ubũ: et nox nocti indicat ſcienciã ps. Euouae.
Non ſunt loquele neq; ſermones: quor nõ audiantur
uoces eor In omnem tram exiuit ſonus eor: et in fi
nes orbis tre uba eor In ſole poſuit tabnaclũ ſuũ:
et ipe tanqm ſponſus pcedens de thalamo ſuo Exulta
uit ut gigas ad currendã uiam: a ſummo celo egreſſio
eius Et occurſus eius uſq; ad ſummũ eius: nec eſt q

se abscondat a calore eius Lex domini inmaculata conuertens
animas: testimonium domini fidele sapientiam prestans paruulis
Iusticie domini recte letificantes corda: preceptum domini luci
dum illuminans oculos Timor domini sanctus permanens in
seculum seculi: iudicia domini vera iustificata in semetipsa
Desiderabilia super aurum et lapidem preciosum multum: et
dulciora super mel et fauum Etenim seruus tuus custodit
ea: in custodiendis illis retribucio multa Delicta
quis intelligit. ab occultis meis munda me: et ab ali
enis parce seruo tuo Si mei non fuerint dominati: tunc im
maculatus ero: et emundabor a delicto maximo Et erunt
ut complaceant eloquia oris mei: et meditacio cordis mei
in conspectu tuo semper Domine adiutor meus: et redemptor
meus Gloria patri. Ant.

Paradisi ianue per te
nobis aperte sunt quas hodie gloriosa cum ange
lis triumphas. Ant. Benedicta tu. Euouae. Ps.

Domini est terra et plenitudo eius: orbis terrarum et uniuersi
qui habitant in eo Quia ipse super maria fundauit
eum: et super flumina preparauit eum Quis ascendet in mon
tem domini: aut quis stabit in loco sancto eius Innocens manibus
et mundo corde: qui non accepit in uano animam suam: nec iu
rauit in dolo proximo suo Hic accipiet benedictionem a

dn̄o: et miam a deo salutari suo. Hec est generacio querenciū
eū: querenciū faciem dei iacob. Attollite portas principes
uestras: et eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie
Quis est iste rex glorie: dn̄s fortis et potens dn̄s potens in p̄
lio. Attollite portas principes uestras: et eleuamini porte eterna
les: et introibit rex glorie. Quis est iste rex glorie: dn̄s uirtutū
ipse est rex
glorie. Gloria
patri. an̄. Benedicta tu in mulieribus et benedictus
fructus uentris tui. V. Diffusa est gracia in labiis tuis. Pro.
K. y. K. Pater nr̄. Et ne nos. Jeronimus in sermone Cogitis. Lc̄o pa

De assumpcione beate et gloriose semper uirginis marie. qua
liter assumpta est. que uera id deposcit intencio. presencia
absens scribere uobis curaui. ne forte si uenerit uestris in ma
nibus illud apocriphū de transitu eiusdem dubia pro certis re
cipiatis. Presertim cum ex ipsis nichil aliud experiri possit
pro certo. nisi quod hodierna die migrauit a corpore. Monstra
tur autem sepulchrū eius in uallis iosaphat medio. que
uallis est inter montem syon. et montem oliueti posita. ubi
eius in honore fabricata est ecclesia miro lapideo tabu
latu. in qua sepulta fuisse. ab
omnibus ibidem predicatur. sed nunc
uacuum cernentibus ostenditur. Tu. R. Vidi speciosā
sicut columbam descendentem desuper riuos aqua

rum cuius ineſtimabilis odor erat nimis in
ueſtimentis e ius. Et ſi cut dies uer ni cir
cumdabant eam flores roſa rum et li lia conual
li um. V. Que eſt i ſta que aſcendit per de
ſertum ſicut uirgula fu mi ex aromatibus mir
re et thu ris. Et ſi.

Lectio ii. Hec idcirco dixerim. quia multi noſtrum dubitant utrum aſſumpta ſit cum corpore. an abierit relicto corpore. Quo autem. uel quo tempore. aut quibus perſonis ſanctiſſimum corpus eius inde ablatum ſit. uel ubi tranſpoſitum. utrumue ſurrexerit. neſcitur. Quamuis nonnulli aſtruere eam uelint iam reſuſcitatam. et beatam cum chriſto immortalitate ueſtiri. Quid autem horum uerius eſſe ſciatur. ambigimus. Melius tamen deo totum committimus. quam aliquid auctoritate noſtra temere diffinire uelimus. quod non probamus. ſicut et de illis quos cum domino reſurrexiſſe legimus. ſed utrum redierint in puluerem certum non habemus. Tu. R.

Sicut cedrus exaltata sum in li ba no et si cut cypres sus in mon te sy on quasi mirra e lec ta. Dedi suauitatem o do ris.

Et sicut cynamomum et balsa mum a roma ti zans. Dedi.

Lectio iii.

De hiis profecto non nulli doctorum sentiunt. quod iam in illis perpetua completa sit resurrectio. Unde et beatus Petrus dixisse legitur. cum de dauid loqueretur. et sepulchrum eius apud nos est. qui non sit ausus dicere. quod ipse aut corpus eius apud nos est. sed tantum sepulchrum. Hunc autem resurrexisse. et ipsum cum ceteris sanctis. et ideo uacuum remansisse monumentum eius. ut nunc beate marie creditur. Quod quia nichil impossibile est deo. nec nos de beata maria factum abnuimus. quamquam propter cautelam magis opinari oportet. quam inconsiderate diffinire. quod sine periculo nescitur. De hiis ergo ex quibus certi sumus tantus per loquimur. ad exhortationem nostram et laudem nominis dei. Tu autem.

Responsorium

Que est i sta que

processit sicut sol et formosa tanquam iheru
sa lem. Vide runt e am filie syon et beatam
dixe runt et regine laudave runt e am. V. Que
est ista que ascendit per desertum sicut virgula
fu mi ex aromatibus mir re et thu ris. Vide. An. ii. n. Añ

Eructavit cor meum Ps
verbū bonū: dico Da
ego opera mea regi Lin vid. Specie tua. Euouae.
gua mea calamus scribe: velocit' scribentis Speciosus
forma pre filiis hominū: diffusa est grã in labiis tuis. propt
ea benedixit te deus in eternū. Accingere gladio tuo sup fe
mur tuū: potentissime. Specie tua et pulchritudine tua:
intende, prospere, procede et regna. Propt' veritatē et mansue
tudinē et iusticiã: et deducet te mirabilit' dextrã tua.
Sagitte tue acute: populi sub te cadent in corda inimicorū
regis. Sedes tua deus in seclm seculi: virga directionis virga
regni tui. Dilexisti iusticiã et odisti iniqtatem: ppterea

unxit te d's d's tuus oleo leticie p̄ ꝯsortibꝫ tuis Mirra ꝛ
gutta et cassia a uestimentis tuis a domibꝫ eburneis: ex
quibꝫ delectauerūt te filie regū in honore tuo Astitit
regina a dextris tuis in uestitu deaurato: circūdata uarie
tate Audi filia ꝛ uide: et inclina aurē tuā. et obliuiscere
ꝑplm tuū ꝛ domū patris tui Et ꝯcupiscet rex decorem
tuū: qm̄ ipse est dn̄s d's tuus et adorabunt eū Et filie
tyri in muneribꝫ uultū tuū deprecabunt᷑: oms̄ diuites
plebis Omnis glīa eius filie regis ab intus: in fimbriis
aureis circūamicta uarietatibꝫ Adducent᷑ regi uirgines
post eā: proxime eius afferent᷑ tibi Offerent᷑ in leticia ꝛ
exultatione: adducent᷑ in templū regis Pro patribus
tuis nati sunt tibi filij: ꝯstitues eos ꝑncipes sup̄ omnem
terrā Memor ero nōis tui: in ōi generatione ꝛ generatione
Propterea ꝑpli ꝯfitebunt᷑ tibi: in eternū ꝛ in seculū sc̄li Gl.



Specie tua et pulchritudine tua intende prospere a

procede et regna. aā Adiuuabit eam. Euouae. ps

Deus nr̄ refugiū ꝛ uirtus: adiutor in tribulationibꝫ
que inuenerūt nos nimis Propterea non timebi
mus dū turbabit᷑ terra: et transferent᷑ montes in cor
maris Sonuerūt ꝛ turbate sunt aque eoꝝ: conturba
ti sunt montes ī fortitudine eius Fluminis īpetus leti
ficat ciuitatē dei: sanctificauit tabernaculū suū altissim᷑

Deus in medio eius non cōmouebitur: adiuuabit eam dominus mane diluculo Conturbate sunt gentes et inclinata sunt regna: dedit vocem suam mota est terra Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster deus iacob Venite et videte opera domini: que posuit prodigia super terram: auferens bella usque ad finem terre Arcum conteret et confringet arma: et scuta comburet igni Vacate et videte quoniam ego sum deus: exaltabor in gentibus et exaltabor in terra Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster deus iacob Gloria patri et filio: ij Antyphona



Adiuuabit eam deus vultu suo deus in medio eius



non cōmouebitur. Añ. Sicut letancium. Euouae. Psalmus

Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit dominus portas syon super omnia tabernacula iacob Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas dei Memor ero raab et babilonis: scientibus me Ecce alienigene et tyrus et populus ethiopum: hii fuerunt illic Nunquid syon dicet homo: et homo natus est in ea: et ipse fundauit eam altissimus Dominus narrabit in scripturis populorum: et principum horum qui fuerunt in ea Sicut letancium: omnium habitacio in te Gloria. Añ.



Sicut letancium omnium



habitacio est in te sancta dei genitrix. ℣. Specie tua et pulchritudine tua. Añ quarta

Hodie btā ūgo gaudia uite etne felicit introiuit. al
ternantibꝫ ymni dicis angeloꝝ choris. infra paſcu
a etne uiriditatis. ubi una ſocietas omī ciuiū ſupnoꝝ.
ubi dulcis ſolēnitas angeloꝝ. ubi poſt labores ⁊ erum
nas dulcis ⁊ ſuauis refectio eſt aīaꝝ. Hodie glōſa ūgo
celos aſcendit. ergo gaudete. qa ineffabilit ſublimata.
cū xp̄o regnat ineternū. Regina mūdi hodie de pnti ſe
culo neqꝫ eripit. iterū dico gaudete. qꝛ ſecura de ſua īmar
ceſſibili glīa ad celi puenit palaciū. Exultate inquā et
Respō letet oīs orbis. quia hodie no
ſori bis omibꝫ eius intuenentibꝫ
um. meritis ſalus aucta eſt. Tu aūt.

Bea tam me dicent omnes generati o nes. Quia fe cit michi do mi nus magna quia po tens eſt et ſanctum no men e ius. V Et miſericordia eius a progenie in progem es timen ti bus e um. Quia. Lec cio ii. Rogo ut omnes parit feſtum

tatem gloriose virginis devotissime celebremus. quia hec est dies
preclara. in qua meruit exaltari super choros angelorum. et pervenire ultra quam nostre humanitatis est natura. cum elevatur in dexteram patris. Hec est maior dies. in qua usque ad thronum celsitudinis intemerata mater et virgo processit. atque in regni solio sublimata. post christum gloriosa resedit. Sic itaque ubique sancta canit ecclesia. quod de nullo alio sanctorum fas est credere. ut ultra angelorum vel archangelorum merita transcenderit. Hoc quippe privilegium non nature est. sed gratie virginis. de qua natus ipse deus et homo. Tu autem domine.

data ua ri eta te. Et uiden. Lectio sexta

Tantam ac talem uirginem euenit ultra angelicam quodammodo dignitatem quam fas est laudibus dignissime efferri. que xpisti per gratiam super choros angelorum exaltata deuotissime hodie predicatur. Precessit nempe dominus ac saluator. et preparauit huic sanctissime uirgini locum inmortalitatis. ut cum eo regnare possit in perpetuum. Et hec est preclaris dei festiuitas in qua gloriosa ad ethereum peruenit thalamum. Profecto festiuitas hec sicuti et uirgo incomparabilis est omnium sanctorum festiuitatibus et admiranda etiam angelicis uirtutibus. Tu autem. R.

S uper sa lu tem et omnem pulchri tudinem dilecta es a do mi no et re gi na celestis uoca ri dig na es. Nam et chori angelo rum consortes et conci ues tu i. V. S pe ci e tua et pulchri

tudine tu a intende prospere procede et

regna. Nam et. An. iij. ii. a. Gaude maria uirgo.

Cantate dn̄o canticū nouū: cantate dn̄o oīs tra Cantate dn̄o & bn̄dicite nomē eius: annūciate de die in diem salutare eī ps. Euouae.

Annūciate int̄ gentes glām eius: in oībus ppl̄is mirabilia eius Qm̄ magnus dn̄s & laudabilis nimis. terribilis est sup oīs deos Qm̄ oīs dij gentiū demonia: dn̄s aūt celos fecit Confessio & pulchritudo in ↄspectu eius: sanctimonia & magn̄ficencia in sc̄ificacione eius

Afferte dn̄o patrie gentiū: afferte dn̄o glām & honorē: afferte dn̄o glām nōi eius Tollite hostias & introite in atria eius: adorate dn̄m in atrio sc̄o eius Commoueatur a facie eī uniūsa tra: dicite in gentib; qr dn̄s regnauit Etenī correxit orbē tre qui non cōmouebit: iudicabit ppl̄os in eq̄tate Letent̄ celi & exultet tra: cōmoueat̄ mare & plenitudo eius: gaudebūt campi & oīa que in eis sunt Tunc exultabunt oīa ligna siluar; a facie dn̄i quia uenit: qm̄ uenit iudicare trām Iudicabit orbē tre in eq̄tate: & ppl̄os in ūitate sua Gloria pr̄i. añ

Gaude maria uirgo cunctas hereses sola interemi

sti in uniuerso mūdo. ā Dignare me laudare te.
Dñs regnauit exultet tra: letent insule
multe Nubes et caligo in circuitu ei:
iusticia et iudiciū correctio sedis ei Ignis ps. Euouae.
ante ipm pcedet: et inflāmabit in circuitu inimicos ei
Illuxerunt fulgura eius orbi tre: uidit et cōmota est tra
Montes sic cera fluxerūt a facie dni: a facie dni ois
terra Annūciauerūt celi iusticiā eius: et uiderūt omis
ppli glam eius Confundantur omis qui adorant scul
ptilia: et q glantur in simulacris suis Adorate eum
omis angeli eius: audiuit et letata est syon Et exulta
uerūt filie iude: ppt iudicia tua dne Qm tu dns altis
simus sup omnem terrā: nimis exaltatus es sup omis deos
Qui diligitis dnm odite malū: custodit dns aias
scōr suor de manu pctoris liberabit eos Lux orta est
iusto: et rectis corde leticia Letamini iusti in dno: et cō
fitemini memorie
sanctificationis
eius Gloria. ā Dignare me laudare te uirgo
sacrata da michi uirtutem contra hostes tuos. Aña
Cantate dno
canticū no
uū: qr mirabilia ps Post partum uirgo. Euouae.

fecit. Saluauit sibi dextera eius: et brachium sanctum eius. Notum fecit dominus salutare suum: in conspectu gentium reuelauit iusticiam suam. Recordatus est misericordie sue et ueritatis sue: domui israel. Viderunt omnes termini terre: salutare dei nostri. Iubilate domino omnis terra: cantate et exultate et psallite. Psallite domino in cythara: in cythara et uoce psalmi: in tubis ductilibus et uoce tube cornee. Iubilate in conspectu regis domini: moueatur mare et plenitudo eius: orbis terrarum et qui habitant in eo. Flumina plaudent manu simul: montes exultabunt a conspectu domini: quoniam uenit iudicare terram. Iudicabit orbem terrarum in iusticia: et populos in equitate. Gloria patri et filio: Antiphona



Post partum uirgo inuiolata permansisti dei



genitrix intercede pro nobis.

℣ Adiuuabit eam deus uultu suo. Deus in medio eius non commo. Secundum lucam

In illo tempore. Intrauit ihesus in quoddam castellum. et mulier quedam martha nomine excepit illum in domum suam. Et huic erat soror nomine maria. Et reliqua. Omelia uenerabilis Bede presbiteri.

Due iste domino dilecte sorores. duas uitas spirituales. quibus in presenti sancta exercetur ecclesia designant. Martha quidem actualem. qua proximo in caritate sociamur. maria uero contemplatiuam qua in dei amore suspiramus. Actiua enim uita est. panem esurienti tribuere. uerbo sapientie nescientem docere. errantem corrigere.

ad humilitatis viam superbientē proximū revocare. in
firmitatis curā gerere. que singulis quibusq; expediant
dispensare. & cōmissis nobis qualit(er) subsistere valeant
pui dere. Lu.

R. Be ca ta es uirgo mari a de i gen R. xiii.

trix que credidi sti domi no perfecta sunt

in te que dicta sunt ti bi ecce exaltata

es super choros ange lo rum. Inter

cede pro nobis ad dominū deum

no strū. V. Ave mari a gracia ple na

do minus te cum. Inter.

Contemplatiua autem vita est. ca
ritate quidem Lc. viii.
dei & proximi mente retinere. sed ab exteriori actione qui
escere. soli desiderio conditori inherere. ut nil iam agere
libeat. sed calcatis curis omnibus. ad videndā faciē sui

creatoris animus marcescat. ita ut iam nolint carnis corruptibilis pondus cum merore portare. totisque desideriis appetere. illis hymnidicis angelorum choris interesse. admisceri civibus celestibus. te etiam in conspectu dei incorruptione gaudere. Tu autem.

R̄ Veni electa mea et ponam in te thronum meum. Quia concupivit rex speciem tuam. V̄ Audi filia et vide et inclina aurem tuam. Quia.

Lectio Nona

Qui ergo venerabilem diem assumptionis beate dei genitricis marie celebramus. dignum est ut quantum possumus creatori nostro gratias agamus. quia penas quas nobis eva mater intulit peccando. maria mater et virgo abstulit dominum ihesum pariendo. Et quia eva mundum errore complevit. maria abstinendo se a peccatis. non solum exemplum ostendit salutis. sed etiam ipsam nobis leticiam attulit eterne felicitatis. Ihesum christum dominum nostrum. qui non solum mundum perditum liberavit. verum etiam eterne vite gaudia obedientibus sibi concessit. Tu. R̄

Ista est speciosa inter filias iherusalem

ſicut vidiſtis e am plenā caritate et dilectio

ne. In cubi libus et in omīs aro ma tum. V

Spe cie tua et pulchritudine tu a intende pro

ſpere proce de et reg na. Incit. Ps Te deū laud. V Ora p nob ſcā dei gen. laud aā

Aſſumpta eſt maria in celum. Euouae. pſalm̄

Dn̄s regnauit decorē indutus eſt: indutus eſt dn̄s fortitudinē & precinxit ſe Etenim firmauit orbē terr: qui non cōmouebit Parata ſedes tua ex tunc: a ſeculo tu es Eleuauerūt flum̄a dn̄e: eleuauerūt flumina uocē ſuā Eleuauerunt flum̄a fluctus ſuos: a uocib; aquar multar Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dn̄s Teſtimonia tua credibilia fc̄a ſunt nimis: domū tuam decet ſanctitudo domine in longitudine dierum Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto Sicut. Aāt

Aſſumpta eſt maria in celum gaudent angeli laudā

tes benedicent dominũ. Maria uirgo assumpta est.
Iubilate deo oĩs t(er)ra: seruite dño in leticia. In-
troite in ↄspectu eius: in exultatione. Scito-
te qm̃ dñs ipse est d(eu)s: ipse fecit nos ⁊ non ipsi ps. Euouae.
nos Populus eius ⁊ oues pascue eius: introite portas ei(us)
in ↄfessione: atria eius in ymnis ↄfitemini illi Laudate
nomẽ eius qm̃ suauis est dñs: in eternũ mĩa eius: ⁊
usqȝ in generationem
et generationem ueri-
tas eius Gloria. aᷓ Maria uirgo assumpta est
ad ethereum thalamũ in quo rex regum stellato
Deus d(eu)s meus: ad te de luce ps. se- det solio. aᷓ In odore. Euouae.
uigilo Sitiuit in te aĩa mea: qm̃ multipliciter tibi caro
mea In t(er)ra deserta ⁊ in uia et in aquosa: sic in sc̃o
apparui tibi: ut uiderẽ uirtutẽ tuam ⁊ gl(ori)am tuam
Qm̃ melior est mĩa tua sup(er) uitas: labia mea lauda-
bunt te Sic benedicam te in uita mea: et in noĩe tuo
leuabo manus meas Sicut adipe ⁊ pinguedine reple-
atur aĩa mea: et labijs exultationis laudabit os meũ
Si memor fui tui sup(er) stratũ meũ: in matutinis medi-
tabor in te: q(ui)a fuisti adiutor meus Et in uelamento

alar tuar exultabo : adhesit aīa mea post te : me susce
pit dextera tua. Ipsi uo in uanū quesierūt aīam meā :
introibūt in inferiora tre : tradent̄ ī manus gladij ptes
vulpiū erūt. Rex uo letabit̄ in deo : laudabunt̄ omīs
qui iurant in eo : q̄a obstructū est os loquenciū iniqua.
Deus misereat̄ nri ⁊ bn̄dicat nobis : illuīet vultū
suū sup nos ⁊ misereat̄ nri. Ut cognoscamus in
tra uiam tuā : in oībȝ gentibȝ salutare tuū. Confiteā
tur tibi ppli ds : ɔfiteant̄ tibi ppli oms. Letent̄ ⁊ exul
tent gentes : qm̄ iudicas pplos in equitate. ⁊ gentes in tra
dirigis. Confiteant̄ tibi ppli ds : ɔfiteant̄ tibi ppli om
nes : tra dedit fructū suū. Benedicat nos ds ds nr : be
nedicat nos ds : et
metuant eū oms



fines tre. Glia. aā. In odore ungentorū tuor curri



mus adolescentule dilexerunt te nimis. aā. Benedic



Benedicite oīa opa dn̄i dn̄o : laudate
et superexaltate eū in scl'a. Bn̄dicite
angeli dn̄i dn̄o : bn̄dicite celi dn̄o. Bene ps. ta. Euouae.
dicite aque oms que sup celos sūt dn̄o : bn̄dicite oms
uirtutes dn̄i dn̄o. Bn̄dicite sol ⁊ luna dn̄o : bn̄dicite stelle
celi dn̄o. Bn̄dicite oīs ymber ⁊ ros dn̄o : bn̄dicite oms
sps dei dn̄o. Bn̄dicite ignis ⁊ estus dn̄o : bn̄dicite frigus
et estas dn̄o. Benedicite rores ⁊ pruina dn̄o : bn̄dicite ge
lu ⁊ frigus dn̄o. Bn̄dicite glacies ⁊ niues dn̄o : bn̄dicite

noctes et dies dño Benedicite lux et tenebre dño: bñdicite
fulgura et nubes dño Bñdicat terra dño: laudet et superal
tet eũ in scl'a Bñdicite montes et colles dño: bñdicite
uniuersa germinancia in terra dño Bñdicite fontes dño: bñ
dicite maria et flumina dño Bñdicite cete et oĩa que moueñ
tur in aquis dño: bñdicite oẽs uolucres celi dño Bñ
dicite oẽs bestie et pecora dño: bñdicite filii hoim dño
Benedicat isrl' dño: laudet et superaltet eũ in scl'a Bñdi
cite sacerdotes dñi dño: bñdicite serui dñi dño Bñdicite
spũs et aĩe iustorum dño: bñdicite sci et humiles corde dño Be
nedicite anania azaria misahel dño: laudate et superal
tate eũ in scl'a Bñdicamus patrem et filium cum sco spũ: lau
demus et superaltemus eum in scl'a Bene
dictus es dñe in firmamento celi: et lau
dabil' et gl'osus et superaltatus in scl'a. a Benedicta

filia tua domino quia per te fructum uite commu



nicauimus. Pulchra es et decora. Euouae. Ps

Laudate dñm de celis: laudate eũ in excelsis Lauda
te eũ oẽs angeli eius: laudate eũ oẽs uirtutes eius
Laudate eũ sol et luna: laudate eũ oẽs stelle et lumen
Laudate eũ celi celorum: et aque que sup celos sunt lau
dent nomẽ dñi Quia ipse dixit et facta sunt: ipse manda
uit et creata sunt Statuit ea in sclm et in sclm seculi:

preceptum posuit et non preteribit Laudate dominum de terra: dra
cones et omnes abyssi Ignis grando nix glacies spiritus procella
rum: que faciunt verbum eius Montes et omnes colles: ligna
fructifera et omnes cedri Bestie et universa pecora: serpentes
et volucres pennate Reges terre et omnes populi: principes et omnes
iudices terre Iuvenes et virgines senes cum iunioribus laudent
nomen domini: quia exaltatum est nomen eius solius Confes
sio eius super celum et terram: et exaltavit cornu populi sui Ym
nus omnibus sanctis eius: filiis israel populo appropinquanti sibi.
Cantate domino canticum novum: laus eius in ecclesia sanctorum
Letetur israel in eo qui fecit eum: et filie syon exultent in rege suo
Laudent nomen eius in choro: in tympano et psalterio
psallant ei Quia beneplacitum est domino in populo suo: et ex
altavit mansuetos in salutem Exultabunt sancti in gloria:
letabuntur in cubilibus suis Exultaciones dei in gutture eo
rum: et gladii ancipites in manibus eorum Ad faciendam
vindictam in nacionibus: increpaciones in populis Ad alligan
dos reges eorum in compedibus: et nobiles eorum in manicis fer
reis Ut faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hec est omni
bus sanctis eius Laudate dominum in sanctis eius: laudate eum
in firmamento virtutis eius Laudate eum in virtutibus eius:
laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius Lau
date eum in sono tube: laudate eum in psalterio et cythara
Laudate eum in tympano et choro: laudate eum in cordis
et organo Laudate eum in cymbalis benesonantibus:
laudate eum in cimbalis iubilacionis: omnis spiritus
laudet dominum Gloria patri et filio: et spiritui sancto. A

Pulchra es et decora filia iherusalem terribilis ut castrorum acies ordinata. a. Sr bn. Que est ista. Euouae.

Benedictus dns ds isrl: quia uisitauit et fecit Ps. redempcione plebis sue Et erexit cornu salutis nobis: in domo dauid pueri sui Sicut locutus est p os scor: qui a sclo sunt pphetar ei Salute ex inimicis nris: et de manu om qui oderut nos Ad facienda misiam cu prib nris: et memorari testamen sui sci Iusiurandum qd iurauit ad abraha prem nrm: daturu se nob Ut sine timore de manu inimicor nror liberati seruiamus illi In scitate et iusticia cora ipso: oib dieb nris Et tu puer pphia altissimi uocabis: pibis eni ante facie dni parare uias ei Ad danda sciencia salutis plebi ei: in remissione pcco eor Per uiscera mie dei nri: in quib uisitauit nos oriens ex alto Illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent. ad dirigedos pedes nros i uia pac Gl. a. Que est ista

...e ascendit sicut aurora consurgens pulchra ut luna

...terribilis ut castroru acies ordinata.

G. H. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch
Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

restauriert Sept. 1979, Kr.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch
Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

restauriert Sept. 1979, Kr.

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST